Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35450
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

margarita celestis splendens in spe-
culo cordis et est lux quedam puris-
sima veritatis totam mentem irradians
ad contemplandum deum Divina n sapientia
sua irradiacione facit nos cognoscere
deum et gaudia celi et perpendere
supplicia infernj ut timeamus ea et
ut contempnamus falsa gaudia mundi
2o comparatur lacti propter lactis vigorem
lac enim est dulce et dat victum
pueris Unde matres nutriunt pueros
suos dulcedine sue lactis ut crescant
et vivant Sic ipsa divina sapientia
dat vitam suis filijs spiritualibus
qui sunt pueri ut pueri absque macula
peccati ut crescant in virtutibus et
vita activa et contemplativa bonis operibus Unde sapientie 6o Sapientia
filijs suis inspirat vitam et hec
vita est duplex scilicet activa et contempla-
tiva activa est inferior contemplativa
superior Et ideo sapientia inspirat fi-
lijs suis vitam activam ad exer-
cendum vite contemplacionem necessaria Unde
dicit Gregorius Qui ad arcem contemplacionis
ascendere desiderat necesse est
ut primo se in campo actionis exer-
ceat 2am vita quam sapientia filijs
suis inspirat est superior est enim
perfectissima que est optima pars que non
aufertur ab ea sed quam sancta qui hic
incipit et nunquam terminatur Est
enim hec vita devotissima quia
maria id est anima contemplativa portat
unguenta dilectionis quibus xpum
dulciter delectet Est enim hec vita
contemplativa vite eterne similis que est
futura Unde Augustinus Vacabimus videbimus
amabimus laudabimus et ea
sunt opera vite contemplative Et est sciendum
quamvis iste due vite sint due
vite in actibus et effectibus sunt
tamen una in substancia Voce consentiens
Maria per quam accipimus vitam con-
templativam est soror marthe per quam
accipimus vitam activam Nam una
est propter aliam Activa propter conte-
placionem activa tamquam meritum con-
templativa tamquam premium Unde op-
time dicit Sapientis Sapientia filijs suis
vitam inspirat non enim dicit vitas
sed vitam 3o dicitur esse rubicundi- 3
ores ebore antiquo quia sicut in
ebore antiquo est rubedo permixta
cum albedine Sic pulchritudo
anime constat ex castitate et caritate
Sed quia caritas eminencior est casti-
tate ideo caritas non dicitur splendida
nisi in corde mundo videmus enim
quod quando pictores volunt depingere
mundo et pulchro colore aliquam
ymaginem de ligno vel de lapide
subtiliter et artificialiter factam primo
depingunt albo colore postea ali-
quo alio pulchriori colore Sic qui
volt depingere animam suam que est ar-
tificiosa et subtilis ymago sancte
trinitatis pulcherrimo colore caritatis
que dat anime roseum colorem debet
ipsam primo depingere mundissimo
colore castitatis que dat anime colo-
rem lilij et tunc erit pulcherrima
virgo ita ut eciam xpus pulchritudine
eius desideret et dicat illud Sap
4 O quam pulchra est casta ge-
neracio cum claritate Unde dicit Augustinus
Quantum in te crescit amor
tantum in te crescit pulchritudo quia
ipsa caritas est anime pulchritudo
Et econtra Amor inferiorum pulchri-
tudinis animam polluit 4o dicitur
esse pulchriores saphiro per 2
celestem conversacionem Nam conversacio ho-
nesta reddit animam valde pulch-
ram Unde ipse celestis sponsus dicit
in canticis Ubi loquitur ad sponsam suam
Quam pulchri sunt gressus tui
id est honeste conversaciones in calciamentis